

# Super Nuptiis

Reverendi, Clarissimi, Doctissimiq;  
VIRI,

# Dn. M. MICHAELIS

Liefman/Pastoris in Pago Purschwitz/  
longè Fidelissimi;

&  
Honestissime, Pientissime, Pudicissimeq;

# EVÆ MARIANÆ,

Honestissimi, Integerrimiq; Viri,

# Dn. A MBROSII Reihl/

apud Vratislavienses civis probatissimi,

& Sacchiari-Pistoris solertissimi,

# FILIÆ,

Vratislavia,

a. d. XV. Cal. Quintileis

ann. Chr. CIC IOC LII.

matrimoniali fædere feliciter  
conjugendorum,

# GRATULATIONES & VOTA

à benevolentibus  
scripta.

**D**ivini, LIFMANNE, tibi venerabile verbi  
Credidit officium Deus, & qvæ mystica nostræ  
Constituit Christus qvondam monumenta Salutis,  
Jam qvoq; conjungit sociam VITÆ atq; laborum,  
Quos misera in terris hominum parit ubere foetu  
Conditio, ut tibi sit præsens medicina malorum,  
Utzq; domum juvet in partem sociosq; Penates.  
Ipse Ministerii divini, qvod geris, Autor  
Pondera det verbo vitæ melioris ad usum,  
Quò revoces multos, virtio qvos devius Adæ  
Error agit pronos in plurima crimina vitæ!  
Regna, precor, capiant hinc incrementa Jehovæ!  
Conjugium divina tuum benedictio multis,  
Opto, bonis cumulet! Sic magni gloria cresceret  
Summa Dei. Nam consultum, LIFMANNE, Saluti  
Sic erit æternæ multorum; sicq; beatus  
Hujus & æternæ captabis præmia vitæ.

*Ita novellis sponsis:  
ex animo vobet*

ANANIAS Weber SS. Theol.  
Doctor, Pastor in æde S. Elisabethæ &  
reliqvarum Ecclesiarum Orthodoxarum  
Vratislaviæ Inspecto..

Reverendo & Clarissimo VIRO,  
Dn. M. Michaëli Lifmanno,  
Pastori Purschwitzensi dulcissimam Sponsam  
ducenti.

**A**scendo currum, thalami Tu carmina poscis,  
Memea Gnata vocat, Te tua Sponsa tenet.  
Accipe, sed paucis votum penetrabile verbis,  
Nam procul est Phœbus, carminis ille Pater.  
Dulce merum, dulcis conjux, mens conscientia recta  
Nil tribus his junctis dulcius esse potest.  
Hec tria contingent Tibi dulcia munera, Christus  
Communit lymphas, dulce merum tribuat.  
Offert Ambrosius dulcem Tibi, Sponse, Maritam;  
Nectar & Ambrosiam sed Mariana dabit.  
Spiritus aethereò descendens culmine, mentem  
Roboret hic rectam, protegat atq; beet.  
Ut dulcem carà peragas cum Compare vitam;  
Vivere dum placide fata Deusq; sinunt.

Ita itineri jam jam sese accincturus  
ex animo gratulatur

**M. GEORGII SEIDELIUS, Ecclesiae  
Pratislav. Neapolitana Pastor & Praepo-  
sus.**

**T**ας ἀγαθές, Λιβανέ, Φιλέων, ἀγαθοῖς Τε Φιληθέας,  
Αμφερίζ θυγάτη τδ συκχαεσμάτες ἀμήμων  
Σάνχαερν, ἐπαγάγοι θαλάμω, ἀρδής Τε Τύχης Τε.

Rev. Dn. Sponso, Amico Honorati s.  
thalamum ter, quater, amplius & fortunatum,  
quantumlibet paucis precans, facieb.

**M. ELIAS MAJOR, P. L. C. Gymnasii**  
Vratislavensis Elisabetani Rector & Professor  
& Scholarum Inspector.

**Q**ui pius est, Morumq; Decus Virtutibus auget,  
doctus & in variis Artibus Ingenii est:  
prætereaq; suos veneratur Amore parentes,  
ut vegetos annis, decrepitosq; senes.  
Talem de cœlo dicit Deus ipse beatum  
Natum, & longævum nuncupat esse Solo,  
Natus ut es talis, Michael Liefmanne Magister:  
sic qvog; Tu simili sorte beatus eris.  
Conjugium certè vita Pars una beata est,  
legitimè Mulier quo sociata Viro.  
Vitis ibi umbrifera est conjux, Ædesq; Mariti  
ornat & aucta suis fructibus exhilarat,  
Qui succrescentes instar frondentis olivæ,  
sunt Matri Mensæ, Deliciumq; Patri:  
Vir sic est Domino benedictus qui timet ipsum,  
ing; Viis ejus rectus it, & sua agit.  
Sic Liefmanne novelle Marite, Tibiq; adamata,  
Felices sitis, dante, beante DEO!

Ipsa

*Ipsa Tibi Ambrosiam suavem, cum Nectare fundat;  
dulcis Amor Tu ipsi fidaq, Cura mane.*

*Æger è Lecto sic acclamabat  
Nuptiis Amici*

*JOHANN CURTMANN Vratisl: Archit.  
diaconus & Senior ad S. Mar. Magdal. & Eccle-  
siastes ad S.S. Trinitat.*

---

*H*ac luce in thalamum Mariana adducitur Eva  
Keilia Liefmanno, dotibus ampla satis.  
Gratulor ex animo Tibi, mi Liefmanne, benigno;  
Utg Deus vultu Te, Neonymphe, suo  
Respiciat, Costamq, Tuam, servetq per annos  
Permultos, voveo: sint mala cuncta procul.  
ita precatur

*M. JOACHIMUS POLLIO,  
ad D. Mar. Magdal. Diaconus.*

---

Reverendo Dn. M. Liefmanno

Sponsio.

*Plura Tuo, Liefmanno, Toro conscribere vellem  
metra, & Amicorum jungere vota metris:  
Sed nosti, experta est qvos functio nostra labores  
hactenus; hæc brevibus svadet habere modum.  
Quæ nequeunt igitur longo dare carmine Musæ,  
Suppleat æterni Gratia Larga Dei!  
Quod voveo! Voto si pondus inesse probatum  
Comperies, metri spero fuisse satis.*

*πνευα τις scribeb. & voveb.*

*CASPAR TITSCHARDUS ad S. Magdal.  
Diaconus.*

*E*st TE, Delicium suäve Phœbi,  
Immò Delicium sväve CHRISTI;  
Cujus Purschwiſix, Labore fido,  
Pandis Dogmata ſancta concioni;  
Mi LIEFMANNE, diu probate Nobis  
Annis Pietatis eruditæ;  
Irreſiuit Evæ placentis Ardor;  
Evæ quò placeat Toro jugari?  
Na, ſic commémor Institutionis  
Primævæ, Domino placere Factum  
Censēs indubius, Toro quod audes.

Et nè forſit Evæ placentis Ausus  
Mentem ſollicitet tuam, nec obſit;  
Vis, Evæ Mariana conjugetur;  
Conjugata Tibi, futura Conjux;  
In Mētem revocet, ſacro Mariæ  
Partu Virginis, expiatum id omne,  
Quod peccavit Evæ labantis Ausus.

Sic Tibi benè consulens, Tuꝝq;;  
Felix conjugium experire longum!  
Qvo placens Eva, ſit ferax Genitrix  
Viventis ſubolis, diuꝝ; vivens,  
Gaudii Tibi procreare Thassos  
Fida gaudeat: Et quod eſt amarum  
In Vitâ, MARIANA dulcis omne,  
Quintâ Parte ſuæ ſuāritatis  
Edulcet; benè nata Gnata Patris,

Dulcia-

Dulciaria qui parare novit,  
Dulci perlita Sacchari Fluore.

Votum dulciculum est, quod utriusq;  
Sponsorum vice nuncupo; nec ultrà,  
Si cœlum faveat Tibi, in suog;  
Mens, corpusq; vigore sint, quid optessi  
Cœli Gratia, dulcis Uxor, & Mens  
Sano in corpore sana; terna vitæ  
Sunt hujus Bona, præferenda cunctis  
Croesi Divitiis, Bonisq; Crassi,  
Ultra qvæ sibi nemo homo quid optet.  
awò Baðtiaq; ywāmns,  
apprecor

M. VALENT. KLEINWECHTERUS  
Gymnaf. Vratislav. Magdalena Rector,  
& Professor.

LIFMANNE, o multum sacre Vir amate Sophie,  
Eva-tuum thalamos Cor - MARIANA subit.  
Scilicet Ambrosii lectissima Filia Keihli,  
Ambrosiis animi dotibus aucta, datur.  
Et datur æthereis suavissima ductibus Uxor:  
Pendet de collo, qvæ data, tota tuo.  
Gratulor Ambrosiam, penito tibi pectore, Nympham:  
Ambrosiasq; genas, Ambrosiasq; manūs.  
Quot jam Mensis habet, Juvenum de nomine dictus,  
Germina, quot frondes Sylva comata tenet;  
Ambrosie voveo vita tot commoda, tredis  
Et pie Sponse uis, & pia Sponsa tuis.

Impreat

*Impleat ad vestrum divina Faventia votum,  
Ambrosiā gamicam prolificante, domum.  
Instar ut Ambrosiæ, dulcis sic Nectaris instar,  
Lectus, ubi socius prole triumphat Amor,*

*\*  
suo*

**LIFMANNO,**  
*Philosophiæ Magistro,*

*Theologo*

*pio & erudito,*

**S P O N S O ;**

*Amico*

*semper - suo.*

*L. M. L.*

*scrib.*

**Wolgangus Stiriū.**

**Q**vòd studiis, Lifmanne, tuis benedixit ab alto,  
Doctoremq; suâ fecit in æde Deus;

Egregiis qvòd te donis instruxit abundè,

Officio ut possis ritè præesse tuo;

Id, velut est nomen, te charum denotat esse

Dilectumq; Deo, cætera qvò taceam.

Accedit, qvòd nunc formosâ Virgine donat,

Qvæ meritas laudes de probitate gerit.

Illa tuo lateri precibus bene juncta levabit

Curas, officium qvæ creat atq; domus,

Insuper & multâ faciet te prole beatum,

Ordine qvæ mensam cingat uiring; tuam,

*Qvæ*

**Quæ curis fessi recreet tua corda parentis?**

Exhilaret matrem, basia figat avis.

**His ego de donis multum tibi grator Amice,**

Augeat inq; dies ista Jehova, precor!

*Adfectum sincerum testaturus  
scrib.*

**ANDREAS DIBITSCH.**

**I**psus, Amice, precor quoq; toto ex pectore, natam

Qui dulciarii domum ducturus es,

Conjugium, quod inis sic directore Jehova,

Quovis Tibi sit saccharo suävius.

apponere debuit

**ESAIAS MAJOR.**

**EVA MARIANA.**

*per Anagr.*

**UNA EA AMARI.**

**AUREA ANIMA.**

**L**iefmanno MARIANA placet, MARIANA puella

Laudatur, magno diligitur, opere.

**Queritur, UNA EA cur digna huic videatur AMARI,**

**In promtu causa est, AUREA planè ANIMA est.**

*Idem.*

**C**rede mihi, nulli tam promtus condere versus,

**Quam LIFFMANNE, Tibi; numquam minus invida promtæ**

Vena voluntati respondet, & Actio Menti:

Sic mihi nescio qvid sensus nunc distrahit omnes,

Ne tibi digna tuis maturæ carmina tædis.

**Quod si ceu volumus, nunc non licet; illud agemus,**

**B**

**Qvod**

Qvod solum nobis in præsens posse relictum est :  
Suavisoniq; vicem cantus, doctæq; Thaliæ,  
Vota tibi dabimus, non qvæ producere labra  
Summa solent, sed qvæ peperit Cor, Linguaq; nutriit.  
Det DEUS, ut gnatos des, qui succedere Patri  
Olim in tam sancto tam fide munere possint!  
Non mundo utilius qvidqvam in pejora ruenti.

ELIAS MAJOR, Illustris Scholæ  
Olsnensis Con-Rector.

Nomen amor tibi dat, LIEFMANNE, qvod approbat omen,  
Nomine qui multo dignus amore venis.  
Levcoris alma duos nos papilione sub uno  
Junxit, ubi nobis mutuò natus amor.  
Quot memini noctes, Studiis quas sape dedisti?  
Quot Studiis vidi te dare sape dies?  
Quid memorem, multo tibi quas sudore parasti?  
Ne-sacra & sacra cognitionis opes?  
Quid memorem ingenuum nivei candoris amorem?  
Indiciis tua quot sape probata fides?  
Quid memorem insignem vera pietatis amorem?  
Quidq; DEO fusæ corde calente preces?  
Charus es inde DEO, Tibi qui sacra munia verbis  
Credidit & sacra mystica pacta rei.  
Jam venit in thalamos formâ præstante puella,  
Quæ tecum fundet supplice voce preces.  
Quæ bene nata, sui virtutibus emula sexus,  
Perpaucas, sibi quas comparet, inveniet.  
Illa DEI metuens, patrias tractare perita est  
Artes, & fungi munere gnara domus.  
Sed LIFMANNE, tue quid Sponse nomina, queso?  
EVA cui nomen, cui MARIANNA, volunt?  
Quid vult, qvod junctum MARIAE nomen adbaras  
ANNÆ, cui nomen gratia blanda dedit?

Prima tulit primis Vitam mortalibus EVA;  
Quae mortem cunctis attulit, EVA fuit.  
Sola sine exemplo placuit MARIA Jebova,  
Ut partu illius restituatur homo.  
Nomen amarorem MARIAE signat, at ANNÆ  
Temperat ingratas gratia blanda vices.  
Scilicet involvunt humanam hac nomina sortem,  
Tristia ubi letis misa videre licet.  
EVA quod attraxit nobis, id munere partus  
MARIAE rursum triste levatur onus.  
Vincet amarores vita MARIA ANNÆ deinceps;  
Quis te felicem, dulcis amice, neget?  
Fausta, precor, vobis Sponsis connubia cedant!  
Adsit Eros dulcis, tetrica cedat Eris!  
Adspiret vestris cales benedictio captis!  
Fæcundet vestrum prole frequente torum!  
Summa DEI per vos sic crescat Gloria. per vos  
Sic crescat mundus, prospersa quoq; fluent.  
Amorem & affectum sincerum testa-  
turus scribebat  
*M. DANIEL Pfähner.*

**S**tirgend wo ein Stand dehn unser wüst der Zeiten  
Schlecht und verächtlich hält / den Urdank / Hohn und streiten/  
und Schlangen - neid bestürmt / so ist's der Priesterstand :  
Doch / was ist schreiben noch / es ist genug bekand.  
Man greift noch ernster zu / und wil des Höchsten willn  
und der Natur gebotn verbieten zuerfüllen /  
es soll' ein Geistlicher nicht einsam nur stets sein /  
man zwingt mit Eydēn ihm ein Chloß Leben ein  
so lang' er Achtem schöpft. Wo bleibt Gottes Segen (a) (a) Gen. I.  
der von der Schöpfung an auff allem Fleisch gelegen? 22, 28.  
(b) Wo Paulus wort: Wo Gott / der Adam erst geträwt (c)  
(d) wo Christus und sein Lieb? wo aller geilheit streit / (c)  
(b) I. Tim. III, 2. (c) Gen. II, 22. (d) Eph. V, 22, \*. (e) I. Cor. VII, 9.

Die sonst nicht bändig ist: Wo aller Priester Leben  
und ihrer Stämme reyh die beyde Bünd' uns geben/  
wenn so der Geistliche der Ehe crew verschwert  
und wieder wissen sich selbst marcert und entzehrt?  
Ich lobe seinen Siny/ Herr Bräutigam / zu freyen/  
der Ihm die Reilin lässt auff heute ehlich tråwen/  
und mit der Heilgen That die meinung wiederlegt/  
so Gottes Ausspruch nicht/ noch die Natur/ wo hege.  
Des Höchsten Gnad' und Kraft ertheil' Ihm tausend Segen  
samh seinem Ehemahl in Haus- und Ambtes wegen/  
daz wie man Ihn gepaart mit seiner Braut heut zehlt/  
so künftig geistlich Er viel Seelen Gott vermählte.  
zu mehrer empfehlung fernerer Gunstgewogen-  
heit schrieb dem h. Bräutigam dieses  
M. Gottfried Richter/ der h.  
Schrift Beslieffener.

*Orta dies tandem, Thalami felicis Honores,  
NUMINE, qvā celebras, Biga juganda, BONO.  
Ut benē luxuriat, frondosā Vitis in ulmo,  
Turgida Nectareo pendet & uva mero:  
Ut benē formosis Rosa jungitur aurea calthis,  
Auro inclusa micans ut benē Gemma latet;  
Vivite sic firmis, suavissima pectora, nodis:  
Vivite sic junctis, fervida corda, fibris.  
Turgida proliferis genialia gaudia curis  
sumat, in amplexū repat & acer Amor:  
EVULA - vel saltet donec - MARIANULA, vestros  
vel LIFMANNIOLUS lusitet ante pedes.*

*Ex sincero erga NEONYMPHOS affectu,  
votivā sic acclamatione ludebat*

*GEORGIVS STIRIUS,*

F I N I S,